


The background of the image is a marbled paper pattern, characterized by intricate, swirling veins of brown, tan, and olive green against a darker brown base. The design is organic and fluid, resembling liquid stone or a stylized landscape.

15



DISPUTATIO PHILOSOPHICA,
CONTINENS

Positiones Miscellaneas,
nobiliores, ex universa Phi-
losophia depromptas,

Q V A M.

SUB PRÆSIDIO,

Clariſſimi Doctiſſimique Viri,

D. ADRIANI HEEREBOORD, A. L. M.,
& in inclyta Lugdunensi Academia, Philoſo-
phiæ Professoris Ordinarii.

Publica examini ſubjicit,

MICHAËL HENDRIX, Amſtel. Bat.

Ad diem 22. Junii, loco horis que ſoliti pomeridianis.



LUGDUNI BATAVORUM.

Ex Officina Viduæ JOHANNIS DU PRE. 1661.

* 17835-11122-14001-TU921D
Viris Honorandis,

**ANTONIO HENDRIX, Civi
apud Amstelædamenses honestissimo, Patruo,
ARNOLDO BAILLY, J.U.D.
Avunculo;**

Tutoribus suis parentis loco semper honorandis.

HUBERTO vander MEER,

Avunculo, in Bovenkarspel, aus

GUILHELMO TER SMETTEN,

Cognato, Harlemi,

BERNHARD WYNGARDEN

S. S. Theol. Doctori, Leidæ,

ANDREÆ LANTSMAN, A. L. M.

Amstelædami.

JOANNI BOOTS, Mercatori apud
Amstelædamenses solertissimo, Cognato suo venerando.

LAURENTIO BOOTS, Linguarum
Orientalium peritissimo, Cognato reverendo, de se Stu-
diisque suis Hebræis optime merito, & indies merenti.

HENRICO BAILLY, Linguæ Græcæ peritissimo, Medicinæ Studioso, Cognato amando, &c. UNIV.

Hasce Theses offert



MICHAEL HENDRIX, *Amstel. Bat.*

Reß.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA,
CONTINENS
Positiones Miscellaneas, nobiliores, ex universa Philosophia,
depromptas.

THEISIS I.

Hilosophia perfectè definiri nequit, quia est ens aggregatum.

I I.

 Non malè tamen describitur, cognitio, aut notitia rerum divinarum & humanarum, quantam homo naturali intellectus lumine consequi potest,

I I I.

Partes, non species, sunt, theorethica & practica.

I V.

An etiam ~~moultum~~ ? quodl.

V.

Physica & Mathematica Physicæ non subalternantur.

V I.

Metaphysicæ pars generalis, quæ agit, de ente, & specialis, quæ agit de Deo, & intelligentiis, & animabus separatis, non sunt membra unius scientiæ, sed species distinctæ.

V I I.

Metaphysica bene definitur, scientia entis realis, quæ est tale. Pneumatica, scientia entis immaterialis, quæ est tale.

V I I I.

Ens, respectu substantiæ & accidentis, Dei & creaturæ, est verè & merè univocum, sive accipiatur ut nomen, sive ut participium.

A 2

Re-

X.

Restringitur ens reale ad inferiora per differentias, quæ non sunt entia realia, sed modi tantum.

X.

Datur enim medium negationis inter ens reale & nihil.

X I.

Essentia & existentia, ratione differunt, non re.

X II.

Idem non potest esse & non esse, non est primum veritatis principium, quia resoluti potest in hoc, duo contradictionia non possunt simul esse vera.

X III.

Hoc axioma, qui negaverit, is, & Sacræ paginæ, & philosophiæ, ac cognitionis humanæ, omnis, tum veritatem, tum certitudinem, tollit.

X IV.

Principium individuationis nullum est, nisi à Scoto invecta Hæcceitas, vel Ecceitas, id est, ipsa singularis rei cuiuscumque existentia.

X V.

Unitas formalis merum est figuratum rationis, vel ad unitatem pertinet universalem.

X VI.

Hæc est unitas rationis, uti unitas numerica est realis.

X VII.

Veritas est, convenientia entis realis cum principiis suis, vel definitiis, vel constituentibus, inveniturque in ente vero, nemine cogitante.

X VIII.

Bonitas est, convenientia entis realis, vel secum, vel cum aliis, per modum, vel finis, vel medii.

X IX.

Sola necessitas interna libertatem tollit, non item externa.

X X.

Potentia & actus non opponuntur relatè, quia datur potentia, quæ nullum respiciat actum.

X XI.

Deum esse, per se notum est.

X XII.

Essentia Dei & attributa ejus, differunt ratione tantum, uti, & attributa inter se,

X XIII.

Compositio ex ente reali & tribus subsistendi modis, simplicitatem Dei non tollit.

X XIV.

Personæ Divinæ distinguanturne realiter, an modaliter, inter se & ab essentiâ Dei ? quodl.

X XV.

Trinitas ratione naturali demonstrari non potest, quia est mysterium; attamen ex ea illustrari potest.

X XVI.

Mysteria enim fidei sunt quidem supra rationem, non tamen contra eam.

X XVII.

Imo nihil tenetur fide, nisi simul etiam ratione, aliquo modo, quia fides non est ignorantia, sed cognitio, & assensus: atqui non assentimur rei, quam in totum ignoramus.

X XVIII.

Deus, nullo modo, aut est, aut dici potest, causa mali, illud tamen, & scit, & vult, futurum, se non quidem efficiente, sed permittente tantum.

X XIX.

Scientia media seu conditionata, est merum Jesuitici cerebri figmentum.

X XXX.

Concursus Dei prævious & simultaneus, non sunt duo, sed unus idemque concursus, ratione tantum à se ipso distinctus.

X X X I.

Creatio & conservatio, non re, sed ratione, differunt.

X X X I I.

Creatio Soli Deo convenit, nec creaturæ ulli communicari potest, sive ut causæ principalis, sive ut instrumentalis.

X X X I I I.

Physica est, scientia corporis naturalis, quā talis.

X X X I V.

Duo sunt principia corporis naturalis, materia & forma.

X X X V.

Materia, non est pura potentia objectiva; sed habet suum actum entitativum, quo, & ens est, & substantia, ideoque tam malè sentiunt quam barbarè loquuntur, ex Averroë qui ajunt, materiam substantiarī per posse.

X X X VI.

Dantur formæ materiales substantiales, distinctæ substantiæ, à materia.

X X X VII.

Eæque dantur plures in eodem composito.

X X X VIII.

Quantitas non distinguitur re, sed ratione, à materia.

X X X I X.

Sectio physica continui in infinitum est magnum monstrum falsitatis.

X L.

Dantur ergo Atomiphysicæ, quas vulgo vocant, minima naturæ.

X L I.

Locus, pessimè dicitur ipsa corporis magnitudo sive extensio intrâ se, optimè spatium rei locatæ.

X L I I.

Hoc spatium, non est substantia, non accidens, non medium nihil, sed terminus corporis ambientis, si sit plenum, vel privatio corporis, seu rei cuiuscumque, sibi inesse potentis, si sit vacuum.

Cœ-

X L I I I.

Cœlum non movetur ab intelligentiis , sed si ab iis move-
re tur , adhuc tamen ejus motus esset naturalis.

X L I V.

Elementorum , ut omnium corporum inanimatorum , for-
mæ substantiales , sunt ignotæ , earumque loco , substituuntur
proprietates , quæ tamen earum existentiam evincunt .

X L V.

Anima & potentiae suæ non distinguuntur re , sed ratione ,
tantum , uti & hæ inter se .

X L VI.

Anima vegetans & sentiens , coëxtenduntur corpori , ra-
tionalis non item .

X L VII.

Non dantur sensus externi quinque , nec interni quatuor ,
sed utrobique unus tantum .

X L VIII.

Datur præter sensitivam memoria intellectiva , facultas di-
stincta ab intellectu & voluntate , non quidem re , sed ratione
tamen .

X L IX.

Voluntas determinatur ab ultimo intellectus practici ju-
dicio .

L.

Summum hominis in hac vita bonum objectivum , nec est
habitus , nec actio virtutis ; sed hæc duo sunt beatitudo h̄ic
formalis , quâ Deum naturali lumine cognitum , ex physicis &
Metaphysicis , cultu naturali volumus , amamus , ac veneramur .

L I.

Sola ignorantia antecedens facit invitum , non concomi-
tans , non consequens .

L II.

Sitne virtus moralis subjectum , appetitus hominis sensiti-
vus ; an voluntas ? quodl .

Duel-

L III.

Duellatores non sunt dicendi fortes , nec $\alpha\upsilon\pi\phi\circ\epsilon\tau$.

L IV.

Tales tamen dicendi sunt nostrates nautæ & milites, extre-
mæ necessitatis casu , accidentes pulverem pyrium , ac clade-
mi præsentem hostibus inferentes ; quamvis propria quo-
que mors comitetur , aut consequatur .

L V.

Volenti non fit injuria.

L VI.

Justitia valde impropriè definitur, voluntas suum cuique
tribuendi , quia non est potentia , sed habitus.

L VII.

Justitia universalis , à Justitiâ particulari , imo ab omni
virtute speciali , singulari , ratione distinguitur , non re , neque
peculiarem ab iis aut specie diversam virtutem constituit .

L VIII.

Optimè dividitur Justitia particularis , in distribuentem &
commutantem sive corrigentem .

L IX.

Justitiam distribuentem administrare , est tantùm magistra-
tus , aut ejus , qui magistratus vicem gerit , servarique ibi de-
bet proportio Geometrica , non Arithmeticæ.

L X.

Justitia vindicatrix sive ultrix , quâ pænæ irrogantur pro-
delictis , pertinet , partim ad justitiam distribuentem , partim
ad commutantem , servatque proportionem , tum Geome-
tricam , tum Arithmeticam .

P A R A D O X U M.

Nullum datur ens absolutum.

F I N I S.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ

Ἐις νεᾶνα Θπισήμη Φιλοσοφικῆ κειθέμηνεν, τὰ τῷ της
παράστησι συζητήσεως θέματα δημοσίᾳ διπολογύμενον.

Hματαὶ καὶ νίκτες τοφίας δέον ἐτὸν ἀληγῆ
Ματέρα, πυκνῶς ἢν ἐφίλησεν αὐτῷ.

Ἄυτη γὰρ τὸν φωτίζει σφάλματα δίνει

Ορθώσας, ὅρφην τὸ φρενός ἡρε πολὺ.

Ως κλείς θησαυρὸς πυκνῆς πεχνῆσιν αἴνοις

Βελπίσαις, μρυπλὸς τὸ φρέαρ ἐντὸς ἔχει.

Ἐις ἔξιν θείην οἰκανῶς ὁδὸν ὁρθὰν σκείνη

Δείκνυσι, πηγάδων ψύσσα δίλει φυγῆν.

Εἰδομεν τὸν ἑρδοντόν καλῶς σε, φίλον κάρα, βίβλων

Σπεδαίως μελετῶν, αὐθεῖα πολλὰ φέρειν.

Ως μέλι σωρόδην φρονίμως εἴωθε μέλισσα.

Ἐν καμῷ θέρετροι, βρῶμα φέρουσι βροτοῖς.

Οὐιώ καὶ ρέζεις, αγαγγὺς ἀ λελείφασι τέκνοις

Hφύλλα νεοί, διδαχῆς απήρεια παντοφόρες.

Ουπον τόντε τρόπον ζητήσαν, ὅσα παλαιότ

Βεγκαφορ, τὸ παῖδες ἔνγομα πάντα κρατεῖς.

Πάμπολυ πειράζων, πακά Φεύγετο. (ώς διάκει)

"Αυξησίντε λαβεῖν, ἔστε) θῶμα μέχος

Τότο μόνον κραδή σε γαῖαν χερσὶ κυβερνῶν

"Ευτυχίαν Μάσης, φίλαπτε, στέο θέλη

Διερεῦθε. Γενέτερα χαράν τολποισ καθέξει

"Ου μικράν, αλείσοις αντές δρεσσός ἔστη.

Ταῦπε τῷ συγγενεῖ εὐ

εἰς ἔρωτον δύποδοξει

καλάμῳ ἀγείῳ ησεν αἰτόμενον.

LAURENTIUS BOOTS,

Bremā - Saxo.

AEN

AEN - DE SELVE.

W aer toe myn veer gedrencke met Cristalijnne
droppen

Uyt Hippocreen' geput: waer toe hier op de toppen
Gesteygert van Parnass', om u leergier' ge vlijt
Tot waste weetenschap te wijzen aen de tijde.

Uw schrandere vernuft vereyscht geen glimp van reeden,
De daedt die spreecke genoech, met wat verwijde schreeden
Gy draaft in s Wijsheyts perk naer 't voorgestelde wit,

Om so de voorfsmaeck haest te wiss'len met 't besit.

Welck voorgevoelde vrucht uw' Siel so seer doet blaecken,
Dat ghy al hygend' ylt haer volle vreucht te smaecken;
Uw' brandende begeert', en is niet eer vernoecht,
Voor datse heeft Parnass' met Sion t' saem gevoecht.

A. D E R A E D T.

AEN DE SELVA.

W
Herr der Welt ein Lande zu schenken mit Christusglorie
gleicherma

Se Hippocrate, der du das Lande der Welt
Gedächtnis zum Feuer, das du trugst, so ist es

zu schaffen, das du bist, so ist es
, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es, so ist es,

A. DE RAVDE.

